

Eilhard Lubin   Martin Hallervord

## **Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro : Decimasexta, Quod Unus Verus Deus In Israele Sit Cultus**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756648351>

Druck   Freier  Zugang



R U. theol.  
Lubinus, Eilh.  
d'isp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602



Contenta:

- ① Frid. Cressius, De veritate religionis christianae I 1601
- ② Das. Rezzius, De ver. rel. chr. II 1601
- ③ Hart. Kallerwordatus, De ver. rel. chr. III 1601
- ④ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. IV 1601
- ⑤ Abr. Drentrot, De ver. rel. chr. V 1601
- ⑥ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. VI 1601
- ⑦ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII 1601
- ⑧ Boc. Hagius, De ver. rel. chr. VIII 1601
- ⑨ Daw. Nicolai, De ver. rel. chr. IX 1601
- ⑩ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X 1602
- ⑪ Jow. Vintus, De ver. rel. chr. XI 1602
- ⑫ Werns. Fabricius, De ver. rel. chr. XII 1602
- ⑬ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XIII 1602
- ⑭ Frid. Cressius, De ver. rel. chr. XIV 1602
- ⑮ Das. Rezzius, De ver. rel. chr. XV 1602
- ⑯ Hart. Kallerwordatus, De ver. rel. chr. XVI 1602
- ⑰ Joh. Buxlinus, De ver. rel. chr. XVII 1602
- ⑱ Werns. Fabricius, De ver. rel. chr. XVIII 1602
- ⑲ Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX 1602
- ⑳ Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX 1602
- ㉑ Daw. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI 1602
- ㉒ Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII 1602
- ㉓ Jow. Vintus, De ver. rel. chr. XXIII 1602
- ㉔ Paul. Fickius, De ver. rel. chr. XXIV 1602



16.

Disputationum  
DE VERITATE  
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,  
EX P. MORNÆI, DE  
EADEM LIBRO,

Decimasexta,  
QVOD VNVS VERVS  
DEVS IN ISRAELE SIT  
CVLTVS.

*Quam*

DEO DVCE ET AVSPICE  
P R A E S I D E  
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-  
dere conabitur*

MARTINVS HALLERVORDIVS  
Osnaburgensis VVestphalus.

*Hora & loco consueto.*

ROSTOCHII

Exprimebat Christophorus Reufnerus,

ANNO M. D. CII.



10


Duplicatiorum  
DE VERITATE  
RELIGIONIS  
CHRISTIANAE  
A. M. D. C. LXX. II.



De...  
QVOD...  
DE...  
SIT

Quam  
Deo. D. D. Carl. Avic. P.  
P. R. A. S. I. D. E.  
L. H. A. R. D. O. F. U. B. I. N. O.  
in sua Regia...  
die...  
MARTINVS HALLERORDIUS  
Quintessentia...  
L. H. A. R. D. O. F. U. B. I. N. O.  
R. O. S. T. O. C. H. I. E.  
R. O. S. T. O. C. H. I. E.  
L. H. A. R. D. O. F. U. B. I. N. O.






ΕΥΝ ΘΕΩ.

# Disputatio XVI.

## QVOD VNVS VERVS DEVS IN ISRAELE SIT CVLTVS.

### I.



**D**IMA veræ Religionis, quâ à falsis discernitur nota est veri Dei creatoris cœli, terræ, omnium, omnia ad suam voluntatem & gloriam dirigentis, cultus.

### II.

Hic cum necessariò unus sit, execrabilis certè est religio plures introducens; cumque à creaturâ finitâ infinitus creator incomprehensibilis sit, Religio Deum creaturæ alicui adsimulans profana Idololatria & superstitio est.

### III.

Vnde Religionum apud Ethnicos, & tot Deorum turba erroris & vanitatis convincitur; Vna contra quæ ad unum Deum tendit vera & sincera est.

### IV.

Hæc etiam Religio viam indicat, & scopum tenet, ut beatè apud Deum vivat, qui cum verè unus sit, Religiones illæ innumerorum Deorum hoc est creaturarum cultrices & Idolomania, vanæ & irritæ, cæcæ cæcorum duces sunt. Quod



## V.

Quod autem unus Israel unum & verum Deum coluit & adoravit, contextus Bibliorum testatur, quæ summo loco tanquam à Deo profecta habebant, quæque unum solum verum Deum à capite ad calcem inculcant, & gentium Idola damnant.

## VI.

Gesta etiam in Biblijs exposita ad unum Deum referuntur, quis enim peccantem hominem potuit punire, nisi unus qui fecit? Quis mundum diluvio obruere, nisi qui creavit? mare sternere, nisi qui fundavit, Solem sistere, aut retrogredi jubere nisi qui condidit? (De quorum veritate suo tempore agetur.)

## VII.

Testimonia etiam de Deo in sacris litteris non panis, viniq; Cererem, Bacchum, aut alterius cujuscumque artis aut miraculi ociofi auctorem, ut sunt gentium Dij, Sed cæli & terræ creatorem & dimensorem, maris fundatorem, qui fluctus maris coercet, sidera torquet, homini mentem dedit, cujus venti nuntij, Elementa ministri, cui cælum thronus, terra scabellum pedum, qui solus Est, à quo omnia, ad quem cetera nihil, qui solus unus & infinitus, ut in Iobo, Davide, Esaiâ, Mose & reliquis omnibus videre est.

## VIII.

Et ne existimes illum in tantâ majestate vitia intima nostra spernere, suisque ministris committere, monstrant non infinitam solum ejus potentiam, sed etiam bonitatem.

## IX.

Ille morbum immittit & sanat, ille uterum aperit & claudit, ille hostes potentissimos parvâ manu profligat, ille dat ventos, imbres, & pluviam; ille dat alimentum omnibus viventibus suo tempore, etiam nostrâ opinione vilissimis, omnium creator & conservator.

## X.

Hujus veri Dei in ritualibus Ethnicorum libris mentio vel nulla, vel in contumeliam fit, quorum Dij Empyrici, & agyrtæ circum-



circum foranei fuerunt, & quibus nunquam plurium Deorum ut Israëli cultus, idola & imagines (quas ipsorum Dij ultro postulârunt,) Deorum prohibitæ fuerunt.

XI.

Israël contra Spiritum illum vivificum coluit, qui mundum digitis tenet, nec arte repræsentandum, nec mente concipiendum sine ullo Idolo aut imagine, nullo pictore aut statuario admisso, & hujus mandata & leges usque ad mortem tutatus est.

XII.

Denique Deus Israëlis universum regit, & ad suam gloriam omnia hominum studia dirigit, ob id renes scrutatur, cor penetrat, cordis sacrificium mentis jejunium, animum bonum pulcherrimum sui cultum exigit, interiora cordis mala concupiscentiam & hypocrisim prohibet.

XIII.

Contra leges Ethnicorum ceremoniales, superficiei hominum tantum late sunt, quarum nulla internam cordis obedientiam, omnes externas tantum actiones cum lege congruentes, exigunt.

XIV.

Quamvis autem populus Israël omnium gentium pedibus conculcaretur, & abjectissimus videretur; Varro tamen, qui Deos gentilium omnes excusserat, fateri tandem cogitur verum Deum à Iudæis absque statuis coli, quorum exemplum si reliquæ gentes fuissent secuta in tam multiplicibus errores non incidissent.

XV.

Quod autem objiciunt quidam Iudæos Onagri caput adorare fuisse solitos, qui siti laborantibus fontem monstrasset, Polybius, Strabo, Tacitus, falsum esse restantur.

XVI.

Vani etiam sunt, qui, quod diem Sabbathi colerent, Saturnum coluisse putarunt, utpote qui Deum cæli & terræ



conditorem ; non nebulonem hominem , qui metu filij in  
Latio latitavit , adorarunt.

XVII.

Quem populum, licet omnes gentes bellis & armis ve-  
xarint, excindere tamen non potuerunt, cujus Deum alium  
à Dijs gentium magno suo damno & exitio Sennacherib Af-  
syrionum rex, fugatus, & à suis miserrimè occisus, etiam  
Ethnicis testantibus, expertus est.

XVIII.

Cujus miserabili exemplo edocti Medi & Persæ Iudæ-  
is pepercerunt, iisque in templo restaurando suppetias tulerunt,  
illorumque Deum, unum & solum verum esse confi-  
tentur.

XIX.

Quos nullus unquam ullis quantumvis exquisitissimis  
tormentis ad aliorum Deorum cultum potuit adigere.

XX.

Ne Alexander quidem Magnus ipse, qui constantia Iu-  
dæorum commotus, Hierosolymam delere constituerat,  
cum Iaddo summo Pontifici supplici utroque suppliciter fit, De-  
um Israël verum Deum, suorumque bellorum ducem ag-  
noscit, illi sacrificat, Prophetiam Danielis de se veram ag-  
noscit, & ἀπονομίαν Iudæis concedit.

XXI.

Nimirum ab Ægyptio Pontifice Leone didicerat, Deos  
gentium præcos reges fuisse, Deum autem Iudæorum regem  
regum, & Deum Deorum esse cognovit, qui regna transfe-  
rat, & det cui velit.

XXII.

Post Alexandrum Ptolomæus Philadelphus rex Ægy-  
pti Biblia magnis sumptibus in Græcam linguam transferri  
curans, & leges Iudæorum recipiens, quid de vero Deo sta-  
tuerit, satis attestatur.

Ptolomæ-



XXIII.

Ptolomæus Evergetes res egregiè gestas uni Israëlî Deo acceptas refert, etiam illo tempore quo extremis angustijs Hebræi premebantur, templumq; erat dirutum.

XXIV.

Romani templum Hierosolymis in magno honore habuerunt, Augustus annua & quotidiana sacrificia in honorem Dei Israëlî, ut & alij plures ejus exemplo, Hierosolymis fieri curavit.

XXV.

Quod autem Romæ receptus non sit, non factum est, quod imperij majestatem nõ decuerit, ut nugatur Cicero, sed quod viderent, uno vero Deo recepto reliquos falsos omnes excludendos fuisse, eorumque cultores unâ exigendos.

XXVI.

Interim licet miserî ludæi in omnes orbis plagas divisi & dispersi sint, & omnium fuerint ludibrium, victi victoribus leges & religionem dederunt & imperarunt, quas nunquam, licet inrer medios hostes victi, deseruerunt & mutarunt.

XXVII.

Gentium autem Deos passim profligarunt, qui ex materia compositi erant, & talia sacrificia requirebant, qualia non Busyris aut Phalaris ullus, quos etiam ipsi cultores ob id irriserunt & condemnârunt.

XVIII.

Quid? quod Gentium exorcistæ suos Deos sine virtute esse deprehendentes, per Deum Israëlî Dæmoniacos adjurârint.

XXIX.

Iulianus ipse Deum Abraham, Isaac & Jacob omnibus reliquis præfert, seque ex Profelytis unum esse, qui ex gentibus Religione ludæorum imbutus sit, ipse ultro fatetur.

XXX.

Ceteros Deos malignos spiritus, & hominum hostes esse horribili illo & atroci eventu, qui ipsi Deos suos Antiochiæ consulenti contigerat, deprehendit.

Deniq;



XXXI.

Deniq; nullus Iudæus unquam inventus, qui alios Deos approbarit, neq; ullus alicuius æstimationis Ethnicus, qui Deum Israelis improbârit.

XXXII.

Vnde nimirum patet Ethnicos qui cum Varrone unum Deum sine statuis colendum esse credebant, hac in parte cum Iudæis consenserint; reliqui vero dementes & infani Idololatraz fuerint.

XXXIII.

Orpheus etiam, Imo Diabolus ipse factus est, Mosen ex aquis genitum & Chaldæos atq; Hebæos veram sapientiam habuisse, verumq; Deum coluisse; cui æternum laus & gloria.
















the scale towards document

ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum nē-

tionem illam repentinam, quā Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quā mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
nominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sæpe religionibus inbuti, quā insaniā suam  
Cumq; Planeta climatis religionis Judaicæ  
li gio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
♄ Chaldaicam, cum ☉ Aegyptiam, cum ♃ Mahu-  
a, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo variè contendunt (quæ  
ex fo) prius inter se insulsi & insani conveniant, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod nex  
Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiā.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pio-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-  
on cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
nyanæi, Appulei Madaurenfis. Cum Simon vel eo-  
is sit, Iesu divinitati concesserit. Et cuius Diabolica  
rejeta & cum ipso extincta est.

Apol-